mutatur: in melius cōmutat̄.
Hoc ꝓbat similitudo dei ma=
gis relucente in eis. Ad hoc in
uestigandū presuppono ꝙ do=
ctores theologi tractantes de
christo dicunt: ꝙ deus est pas=
sus mortuꝰ sepultꝰ ⁊c. Et hoc
qꝛ christus qui est deus et ve=
rus homo: fuit talis. ⁊ propter
cōicationē idiomatū inquātū
in christo fuerunt due nature
humana ⁊ diuina: fuit verum
dicere: christus est mortuꝰ ⁊c.
Et hoc inquantū hō. Et quia
xp̄s est deus: verificantur ta=
lia predicata de deo. Et tales
⁊ similes cōsequentie sunt con
cedende: Christus est mortuꝰ
ergo deus est mortuus. Pro=
batur: qꝛ christus est deus.

Dei simili=
tudo i capti
uis relucēs

30

Adpropositū: multa de deo verificātur ꝓpter rationē p̄missam. eo q̄ de Christo sunt vel fuerūt predicāda. Et inter cetera paupertas miseria et similia verificātur de deo. nā verū est dicere: deus fuit pauper: q̄ Christus fuit pauper. Ex hoc habeo dicere: ꝙ paupertas est quedam similitudo dei: que relucet i xp̄i pauperibus. sic ꝙ pauperes in paupertate sunt deo cōsimiles. Et ista similitudo dei dico: ꝙ relucet in captiuis magis scz q̄ in aliis pauperibus ⁊ miserabilibus personis. et ideo ratione huius similitudinis quā habēt maiorē cū christo q̄ ceteri pauperes Christi audeo dicere ꝙ dei similitudo relucet magis in captiuis. Proptē quā similitudinē maximā miserie ⁊ paupertatis est verū dicere: ꝙ vota que in redēptionē captiuoꝝ mutantur: in melius cōmutantur.

paupertas est

Miserie ⁊ captiuis amicantia.

Sed restat deducere: ꝙ magis paupertas reluceat in captiuis q̄ in aliis Et reperio. x. miserie ⁊ paupertatis relucentia i istis magis q̄ in aliis pauperibus et egenis.

Et primū est sūma indigētia atq; miseria. multi ei pauperes habent magnā miseriā ⁊ indigentiā. sed isti maximaz Et i hoc dei similitudo magis relucet in istis. cū Christus fuerit pauperrimus et miserie multe. Unde propheta i christi persona: Pauper sum ego i laboribus. s. supportādis a iuuentute mea. accipitur ibi iuuentus p̄ oī statu vite christi. Fuit paup̄ q̄ in paupcula matre cōceptus/ in stabulo natus cū asino ⁊ boue associatus/ cuz rusticis cōuersatus. s. apostolis in paupere lecto mortuus s. in cruce: et in sepulchro alieno sepultus. sic ꝙ tota vita xp̄i fuit seminata spinis miserie ⁊ paupertatis. Eo modo sūt captiui christiani pauperrimi.

Pauper est: qui modicū h; pauperior: qui nichil h; paup̄rimus: q̄ seipsum nō h;. sed ē alterius. vt sunt captiui: q̄ alterius sunt. nō fidei cultoris. sed blasfematoris.

qui paup̄ est quid paup̄rior

Etsi non possint habere maiorem paupertatem captiui Teste Ouidio: Non bene pro toto libertas venditur auro. Esse alterius et non sui iuris maxime infelicitatis est Est ne aliquid magis felicis q̄ libertas? Propter hoc dicere possūt captiui illud Boetii de consolatione lib. secundo prosa quarta Hoc quod vehemēter mire cohit summum infelicitatis genus est: fuisse felicum. Propter insupportabilem paupertatem ipsorum et miseriam incitant animos nostrorum ad compassionez proponendo nobis illud quilibet ipsoꝝ trenorū tertio. Recordare. s. o christiane paupertatis mee. Subueniamus ergo eis. q̄ poscentibus nobis misericordiā misericordes esse iubemur. xxiii. q. quinta parrafo. Precepta.

Secundum paupertatis ⁊ miserie quod relucet magis; i

captiuis est esuriens. Et i hoc assimilantur christo qui esurire voluit vt nos satiaret. Et cum ieiunasset. xl. diebus & xl. noctibus: postea esuriit. Captiui quotidie esuriunt & famescunt. Nam antequam vesci pane possint: sudore vultus eorum habent acquirere: alias infideles eorum dñi eos fame mori permitterent. Et de his verificatur illud propheticum verbum ps. Famem patient vt canes. et circuibunt ciuitatem. Si isti totam ciuitatem i patria paganorum perquirerent amore iesu christi morsellum panis nõ inuenirent. Nõ sic de aliis pauperibus inter christianos cõuiuentibus. Et si inimicos et infideles etiam tpe necessitatis tenemur cibare: multomagis istos qui sunt nostri amici fideles et parẽtes. xxiii. q. [illegible] Hec aũt parrafo. Ex his.

Tertiũ pau

pertatis et miserie quod relucet magis in captiuis: est sitis. In hoc similant christo sitienti nostram salutem: qui in angustia mortis exñs in crucis supplicio clamauit sitio. & dederut ei mirratũ vinũ. Hoc sepe contingit istis miseris captiuis fessis & lassatis laboribus multis quasi ad mortẽ. Quare dicere pñt cũ propheta. In siti mea potauerũt me aceto. Multotiẽs bibentes aquã putei vel fõtis miscuerũt illa cũ lachrimis. Dicere pñt cũ ps. Potum meũ cum fletu miscebã. Istis cõpati debemus eo: qz nõ sunt nobis pares: hi non habent vinũ nos habemus ad plenũ. Isti esuriũt & sitiunt: nos verõ inebriamur. Non debet vnus esurire vel sitire et alius ebrius esse. xvi. q. vii. c. Decimas i glo.

Quartum

paupertatis et miserie qp i istis magis relucet: est nõ habere proprium domiciliũ: in his similitudo dei magis relucet. Nã christus licet rex eternus / et scdm humanitatẽ ortus de stirpe regali: tñ tante paupertatis fuit qp domunculam neqz hospitiolũ habuit in hoc mundo. Vere dicere possant isti illud ad hebreos. Nõ hẽmus hic. s. in patria infideliũ manentẽ ciuitatem: sz futurã inquirimus. s. patriam christianorũ: in qua nati sumus. Ad illã reuerti suspiramus & gemebundo corde reduci desideramus. Quilibet nostrum cogitare deberet: qp si in tali captiuitate esset in terra paganorũ inimicorum christianorũ: si desideraret duci ad patriam ppã et si sibi hoc aliquis fieri vellet aliis facere debet. Adiuuare vt redimantur captiui / et reducantur ad terrã eis desiderabilem et vt ad domũ propriam reuertantur. Qui i isto laborauerit nõ solum captiuis sz magis sibiipsi benefaciet. Quia qui prodérit sibi et aliis: vtroqz pede intelligit calciatus. viii. q. i. olim

Quitũ pau

pertatis et miserie quod relucet magis in istis est nuditas. Christus a militibus. id est gẽtilibus fuit oibus suis corporis vestimentis denudatus.

Unde ꝓpheta in ꝑsona ei⁹. Diuiserunt sibi vestimenta mea/ et super vestem meā miserunt sortem. Sic in his hec dei similitudo magis relucet. Nā quādo isti captiuātur a gentilibus scꝫ paganis: statim predant᷑ vsqꝫ ad carnes nil valoris dimittentes super ipsū. Dicere istorum quilibet potest in sua captiōe illud Job. i. Nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar. Ad eoꝝ nuditatē tegendū orat nos Christus dicēs. Qui habet duas tunicas det vnā nō hāti. Et si inimicis tuis volentibus tecū contendere et tunicā tuam tollere dicit christ⁹. Dimitte eis ⁊ pallium: quāto magis deberem⁹ gratis dare istis amicis nostris nobis non cōtendentibus/ sed nuditatē carnis nostre ostendētibus et miam postulantibus iuxta cōsilium Ysaie. Cum videris nudum: cooperi euꝫ/ ⁊ carnem tuā ne despexeris. Et ē ꝑmissis tunicā a nobis violenter auferre volentibus consulitur nobis etiam et palliū dimittam⁹. xiiii. q. i. parrafo. i. Quod sua captiuis gratis magis dare debemus.

Sextuꝫ qđ

relucet magis in captiuis miserie ⁊ paupertatis est corporis ꝑcussio. Hec similitudo dei reducet in captiuis. Christus enim fuit a plāta pedis ⁊c. taliter ꝑcussus: q̄ i eo non fuit sanitas corporalis: vt pꝫ Ysaie. i. ⁊ in ꝑsona xpi Ysaie. l. Corpus meū dedi percutientibus in me. Et miseri captiui quotidie ab inimicis dei fustigantur/ vapulātur/ verberantur/ flagellant᷑/ ⁊ vulnerantur frequent᷑ vsqꝫ ad effusionē sanguinis. Possunt dicere illō. ps. cxxv. Supra dorsum meū fabricauerunt pctōres .i. infideles. Flagella eorum ī cordibus nostris sentire debemus: et de tribulationibus cōpati tenemur ⁊ constringi pro eoꝝ pctīs. vii. q. i. parrafo Hac tunc.

Septimuꝫ

paupertatis et miserie quod in istis relucet magis est derisio. Christ⁹ fuit valde derisus Mathei. xxvi. Tunc expuerūt i faciem eius. Illa facies diuina sputo iudeorū fuit viliē deturpata. Huius dei similitudo lucet in captiuis: quorum facies sputis sarracenoꝝ quotidie sordidātur in cōtemptum dei dn̄i nostri iesu christi. Fuit et christus derisus ōibus/ afflictus cōtumeliis/ improperiis/ iniuriis/ cachinationibus/ maledictionib⁹ Et isti sic vocantur a sarracenis expuci/ eorū latrones ꝓditores/ incircuncisi/ dānati/ maledicti/ porci/ ⁊ canes. Possīt dicere illud Ysa. l. Faciem meam nō auerti ab increpātibus ⁊ cōspuentibus in me. Omnia hec patiunt᷑ ꝓ xp̄o quē adorāt ⁊ colū quod si patienter tollūt: beati erunt. Quibus christus allo qͥ᷑ Beati eritis: cum maledixerit vobis homines maxime infideles: et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum aduersum vos mentientes ꝓpter me Gaudete et exultate: quia merces vestra copiosa est in celis.

xliii. di. c. Scimus.

Octauum

paupertatis et miserie qđ ma-
gis relucet in catiuis: est vendi-
tio. Fuit christus venditus et
emptus. Johã. xxvi. Et dederũt
ei. s. vide. xxx. argenteos. Hec
dei similitudo lucet in istis: q2
emũtur ⁊ vẽdunť iter sarrace
nos multis preciis: clamãte ꝑ
cone ⁊ dicẽte. Plus dante da-
biť. Tũc dici põt Geñ. xxxvii.
de quolibet hoꝝ: Venditus est
Joseph. i. christianus ysmahe-
litis. i. sarracenis. Et iõ sicut
xp̃s voluit vendi ꝓ nostra redẽ
ptione: vt nos precio ⁊ precio-
sissimi sui sãguinis redimeret
testante apostolo. Ad coꝝ. vi.
Empti eni estis precio magno
sic et nos q̃ sumus empti tãto
⁊ tam altissimo precio: debem⁹
nostris diuitiis emere et redi-
mere exemplo xp̃i primum no
strum: de potestate fidei inimi-
corum vel saltẽ dare de nostris
facultatibus fratribus huius
ordinis ad redimendũ illos si-
cuti faciũt/ ⁊ ad oculũ videtis.
Ad hoc tenenť xp̃iani. xii. q. ii.
Sicut in glo.

Nonũ pau

pertatis et miserie qđ i captiuis
relucet: est vinculatio. Dñs xp̃s
fuit nõ solus captus sed cathe
nis ferreis ⁊ eneis ligat⁹. Nõ
fuerũt cõtẽti iudei: q xp̃m te-
nerent captum: sed etiã volue
rũt cũ ducere ligatũ. Joh. xviii
Et adduxerũt eũ ligatũ ad an
nã primũ. Similituno dei hec
splẽdet magis in istis. nã nõ so
lũ cõtentanť sarraceni ipsos ca
ptiuos ⁊ captos habere: sed ca
tenis ferreis et pedibus hone-
rare i tantũ q vix pñt moueri
sine alterius iuuamine. Ab ip
sa tanta iniuria tenenť ceteri
christiani ipsos eripere ꝓpriis
pecuniis/ ⁊ ad libertatẽ ducere
q̃tũ in eis est: si pñt. aliter pec
carent. Vñ Ambrosi⁹. Qui nõ
repellit a socio iniuriã si potest
tm̃ est in vitio q̃ ille qui facit
xxiii. q. iii Nõ iferenda. ⁊. c. se
quenti. ⁊. d. Ostẽdit. xxiii. q. v.
Reos. Et tho. scđa scđe. q. lx.

Decimum

et vltimũ paupertatis ⁊ miserie
quod relucet magis i captiuis
est crucis ligni suppliciũ. Fuit
xp̃s i cruce lignea cruciatus/ ⁊
clauis clauatus. Hec dei simili
tudo claret in captiuis q̃cunq3
cruciãť in ligneis istrumentis
videlz in cõpedibus ⁊ eculeis i
quib⁹ detinenť ⁊ vexãtur: non
cũ clauis sed sub clauib⁹ custo-
diũtur et claudũť. Et sicut xp̃s
in cruce oportuit pati ⁊ ita itra
re in suã gloriã: sic et isti i istis
ligneis suppliciis ꝑ pressuras
eorũ in alias miserias ⁊ tribu-
latioes patienter tollerãdo il-
las ꝑueniẽt in eternã gloriã si
cut xp̃s. Notať de cõ. di. i. Cõ
sulto. In istis. x. assimilanť ma
gis deo. Et ad hec hortať eos
ap̃ls ad hef. v. Estote imitato-
res dei sicut filii carissimi. Ex
q̃b⁹ ꝯcludi põt: q vota si capti
uoꝝ redemptioni dantur: non
immerito in melius cõmutãť
quod ꝓbat similitudo dei ma-
gis relucens in eis.

Presidia q̄ captiuis de bētur et de eoꝝ ꝓ̄ptitu dine

Q Vinto

botū si redemptiōi
dat: in melius cōmutat hoc ꝓ
bat ꝓ̄ptitudo subsidii: q̄ debe
tur ipsis. Et ad hoc inuestigan
dū est aduertendū: ꝙ oībus in
necessitatibus angustiis ⁊ mise
riis positis est subueniendū ci
to: q2 q̄ cito dat bis dat. Et ci=
tius dandū est ⁊ magis ꝓ̄pte
vbi maioꝛ est necessitas. Cum
ergo nulla sit maioꝛ necessitas
ne recipiat in numero s u vni=
uersalitate fidelium q̄ in capti
uis captiuatis christianis i ptā
te infideliū: iō illis poti ⁊ ꝓ̄
ptius est subueniendum. Exce
ptis parentibus: q̄ ꝑferēdi sūt
et quibus eni magis sum⁹ con
iūcti: potius elemosina dāda ē
vt dicit Augu. li. i. de doctrina
xp̄iana. ⁊ tho. scda s. de. q. xxxii
Legit ⁊ notad. lxxxvi. di.

Vtrū aiab⁹ exūti us in purgatorio pius subue nire debem⁹ q̄ captiuis.

Et reperio

ꝙ iter oēs fideles viuos ⁊ moꝛ
tuos ꝓ̄ptius videretur sub=
ueniendū esse aiabus existēti=
bus in purgatorii penis q̄ ca=
ptiuis xp̄ianis. Cuius rei con=
trariū ꝓbare itēdo. Et ꝑ hmōi
ꝓbatione octo deducent theo=
logice vitates: quarū pma ē
ista. Quāto alicui piculū emi=
net grauius: tanto misereri est
vtilius. Cū ergo captiui inter
paganos sunt in piculo eterne
dānationis aie in purgatorio i
viā saluationis: ꝓ picius est er
go captiuis subsidiū pstādū
quā animabus.

¶ Scda vitas est: captiui nō
sunt ita firmit radicati in grāi
quin cadere possint in infideli
tate patiēdo aduersa. Exūtes
in purgatorio sunt in grā co
firmati et nō pñt deuiare a r
cta iusticia. iō hi dimittendi c
ti⁹ sunt in penis tollerādo sup
plicia. ¶ Tertia veritas ē: ca
ptiui xp̄iani dilectione sunt ali
quantulū frigidi: ita ꝙ non va
lerent diu sustinere ꝓ fidei de=
fensione penas: alii ꝑfecta cha
ritate iflamati foꝛtes ad tolle
randū illas Nam tāta est cha
ritas in exūtibus in pena pur
gatorii: ꝙ cū illa et pena infer
ni euet amena: vt dicit Ugo de
arra sponse. ¶ Quarta veri=
tas est: captiui habent conuer
sos fidei inimicos: qui quoti=
die et continue eos sollicitant.
vt deuiare faciant existentes i
purgatorio habent frequenter
angelos visitatores et consola
tores qui suffragia ꝓ eis facta
presentant et denūciant.

¶ Quinta veritas est: captiui
paucissimos habent benefacto
res. qui a captiuitate eos libe=
rare ꝓcurent: anime habent i=
numerabiles: quia omnes de
ecclesia dei bonoꝛum largito=
res: vt a penis eos liberent.

¶ Sexta veritas est: captiui
habent deterius esse in hoc mū
do viuentes quā anime in pur
gatorie existētes duplici ratio=
ne. Prima: quia isti sunt con=
firmati in grati. Secūda: cer=
tificati de gloria: sed non capti
ui. Ideo ecclesiastes. iiii. Lau=
daui magis moꝛtuos quā vi=
uentes.

¶ Septia vitas ē: captiui ille
boꝛib⁹ ⁊ pēis captiuitatis tristāt

et plorant. Aie in penis purga
torii exultant ꝛ cantāt. Unde
Jo. apo. v. dicit. Audiui eos: q̇
in celo canunt et in terra ꝛ sub
tus terrā benedicētes deo ꝛ a=
gno. In hoc quod dicit subtus
terram loquit᷑ de substantibus
in purgatorio et nō de dānatis
in inferno: q̇ deū blasphemant

Octaua ve

ritas est captiui in captiuitate
ꝑmanentes hn̄t et expectāt ha
bere penā. aie i purgatorio exn̄
tes hn̄t penam satisfactoriam
sed expectant eternā gloriam.
De his Johel. xxxvi. Compla=
cebunt dies suos in bono. i. in
gratia. ꝛ ānos suos. s. eternos
in gloria.

¶ Sed cōtra premissa arguit᷑
sic. Ubi pena acerbior: ibi sub=
uētior vtilior: sꝫ pena minima
purgatorii est maio quacunqꝫ
pena quā hō pℯssit i hac vita pa
ti scd̄m btm augu iō promptiꝰ
ꝛ citius est subsidiū prestandū
exn̄tibus i purgatorio ꝙ capti
uis in captiuitate detentis in
hoc mundo.

Pro huius

dubii declaratione duo sunt cō
sideranda. vnū est ex parte aia
rum in purgatorio existentiuꝫ
scꝫ pena acerbissima. ꝛ cuꝫ ista
sit maior alia quacunqꝫ pena
huius mūdi. nā excedit oēm ꝑ
sentē penā. di. xxv. Qui i aliū.
Et de peni. di. vi. c. fi. circa finē
ꝟ. Nā primꝰ. citiꝰ est istis sub
ueniendū ꝙ captiuis. Aliud ē
considerandū ex parte captiuo
rū xpianoꝝ. s. ꝑiculū maximū:
in quo sunt. s. abnegādi fidē m
catholicaꝫ: vt sepissime multi
faciunt. Ex qua fidei abnega=
tione cōsequūtur penā eternā
que maior est ꝙ pena purgato
rii saltē quo ad perpetuitatem
quā vnusquisqꝫ debꝫ vitare nō
solū in se: sed in ꝓximo fratre
suo xpiano. Et hoc hꝫ ex prece
pto. Diliges ꝓximuꝫ tuū sicut
teipm̄. s. ad salutē. Si ꝯsidere
tur istud tā maximū ꝑiculū: in
quo captiui manent i captiui=
tate: ꝓptius captiuis est sub
ueniendū ꝙ aliis.

¶ Vel alter: pena est cōsiderā
da dupliciter vel in esse q̄ actu
est in aliquo / vel in spe que nō
dū est: sed speratur esse. Si ꝑ= Pena pur=
mo mō citiꝰ debemus subueni gatorii pōt
re aiabus iā in penis exn̄tibus considerari
ꝙ captiuis. Si scd̄o mō multo
ꝓptius captiuis: qꝛ ista q̄ ex=
pectatur de captiuis: est eterna
alia vero temporalis tm̄

Nūc vero

ad argumentū est respondēdū
qn̄ dr̄ in maiore vbi pena acer
bior ibi subuentior vtilior ꝛc:
verū est quoad pene ꝛ acerbita
tē: sed nō quoad periculū. Vel
etiā est dicendū: ꝙ quoad penā
que est in esse actu. s. quā iā hn̄t
aie in purgatorio: citius ē sub=
ueniēdū aiabus: sed quoad pe
nā q̄ nōdū est in captiuis: sꝫ ex
pectat᷑ esse in ipsis: q̄ est eterna
captiuis ei citiꝰ ē subueniēdū.
Quicq̄d eni sit: aiabꝰ in purga
torio subsidiū est prestādū citiꝰ
ꝙ captiuis rōne pene acerbita
tis: sed captiuis magis octo ꝑ=
missis rōnibus deductis. Etiaꝫ
possez vna tali rōne deducere

q͡ simpliciter est subueniendū ... ... captiuis q͡ aiabus in purgatorii penis, pter hoc: q captiui nō liberant a captiuitate p suffragia fctā mortuis. Sed aie a penis purgatorii soluūtur p subsidia et elemosinas: q̄ fiunt captiuis in eorū redēptione. Hoc videtur de intentione esse beati Aug. dicentis In redēptione captiuorū oia opera misericordie et pietatis exercent. nā p redēptionem captiuorū viui saluant mortui a penis purgatorii liberant. Et hoc fore vtilius videt. et iō prōptius captiuis subueniēdum p illud Greg. libro de officiis. Qui redimerit captiuū de captiuitate in die iudicii redēpt⁹ et salu' erit. xi. q. ii. Pro captiuis. Ergo vota que redēptioni dantur: in melius cōmutātur quod probat promptitudo subsidii: que debetur ipsis.

Rectitudo rōnis in plaris p captiuorū subuētione

Serto votū qd redēptioni datur in meli⁹ cōmutatur: qd pbat rectitudo rōnis reddens ecclesiasticos magis debitores his. Et ad huius rei pbationē cōsidero: q oia tēporalia bona diuitū q͡ maxie ecclesiasticorū retēto pprio sūptu distribui debent i pauperibus. Qd pbari pōt p ambro. dicētē cuilibet diuitū cōtrariū facienti. O ipudens dictu: q pp̄a dicis: q ex q bus recōditis in hūc mūdū detulisti: quō in hāc ingressus es lucē: quō de vētre matris existi Quibus q͡so facultatib⁹. Quibus subsidiis stipēdiatus igressus es. Et post pauca. Propū nemo dicat quod est cōe: plus q͡ sufficeret sumptū: et violenter obtentū est. Et post q̄dā: nihil reputas agere iniquū: si tā multorū vite subsidia solus obtineas. Quis enī tam iniustus: q͡ qui multorū alimenta suū non vsū s abūdantiā et delicias facit. Neq enī est criminis abūdāti tollere q͡ cū possis etiā abundans īdigētibus denegare. In decretis. i. pte. di. xlii. c. Sicut hi. Hēs q egeni et pauges debent a diuitibus adiuuari. et q̄ eos adiuuat: paradisū lucrat xvi. q. i. Reuertimini. Cū ergo bona diuitū paupibus sint distribuēda: plator bona multo magis sunt pauperibus eroganda. Cū illa bona ipsorū et aliorū ecclesiasticorū nō sint eorū ppa sed xpi pauperū. xvi. q. i. Quā Et speciali modo captiuorū: q sunt aliis xpi paupibus pauperiores et miserabiliores. Et hoc pbat rectitudo rōnis reddēs ecclesiasticos magis debitores his.

Circabant materiā. s. vtrū teneātur bona ecclesie pauperib⁹ errogare aliqua vidēda sunt. Et primo inqrendū est de epis ecclesie pre latis. Quis eni nisi insane mētis esset: iudicio rōnis cōtrariū iudicaret: q bona accōmodata nō essent reddēda accōmodati vel illis vel in illorū vsibus p q b⁹ accomodata fuerūt. Bona ecclesie pauperū sūt prelatus vero dispēsator et nō dn̄s ē. naz cū prepositus factus fuerit ecclesie oim q habet ecclia efficit dispensator. In. c. Fraterni.

De donatio. xii. q. i. c. fi. Dñs vero hoꝝ bonoꝝ ecclesie xp̄s ē. vt notat innocētius in. c. cū super. textus. iii. c. Qui christi. ⁊ c. Qui abstulit. xii. q. ii. Et bona hec quoꝝ xp̄s dñs est: pauperibus erogāda sūt ꝑ p̄latos ecclesie: q̄ pauperū ꝓcuratores sunt. Nā gl'ia xp̄i est pauperū opibus ꝓuidere. xii. q. ii. c. Gloria. ⁊ in. c. expedit. xii. q. i. Sed vtpio: q̄ nostri moderni p̄lati hec xp̄i paupibus et magis captiuis erogāda nō ipsis distribuūt: sed dignitatis honorib⁹ / scutiferiis / et militibus / mūdanis vanitatibus.

Primo hec

bona distribuunt dignitatū honoribus dicētes tenemur in altū extollere dignitatem nr̄am archiepiscopalē ⁊c. ne ecclia cōtemnat̄ s₃ honoret̄. Et p̄ textu ecclesiastice dignitatū accumulant honores honoribus. Et q̄ p̄bere debent exēplū hūilitatis et lucē mansuetudinis: sūt doctores supbie ⁊ pōpositatis. Hi dispē satores rerū paupeꝝ maxime captiuoꝝ nō imitant̄ dñz suū. Est seruus maior dn̄o suo ¶ Hoc cōsiderans Bñs dicit. Et si nō vis imitari hūilē hoīez saltē imitari hūilē deū. De coꝝ pōpis ⁊ honoribus nō modicū admirat̄ Ber. ad eugeniū papā inq̄ens. Vides totū ecclesie zelū ꝑ dignitate seruare tuēda Dignitati datur totū: sanctitati nichil vel parum. Et Ber. Parati sunt ad honores et excelsitudinē gradunm ecclesiasticoꝝ ipsis etiā angelicis humeris formidandā Dicit aug

Quantū in loco superiori: tanto in periculo maiori versatur. Attendere debent p̄lati: q̄ superbia appeta casū. Vñ greg. Tu dignitatis culmē affectas attendedvt videris quid lucrañ. Tu aie flagitiū / tue familie dispendiū / tui corporis periculū inquiris. Nā q̄to grad⁹ altior tanto casus grauior. Et Bo⁹. ii. de con. Qui caute vellet pennē ponere sedē: vitet cacumen mōtis alti. s. ambitionē honorū Et dat cām. Nam ille ꝓteru⁹ auster viribus vrget. Qd̄ cōsiderans Oratius inquit, sic sepe mentis egitate ingerens pirus: celseq₃ grauiori casu decidunt turres: feriuntq₃ fulgura summos montes.

qualiter eius tandi sunt honores magis appetendi.

De isto ca

Contra superbiā.

su ex honore superbie ꝓuenien te ait enricus contra fortunaz Ve tibi mortale gen⁹. ve q̄ sē per ad alta niteris: vt lapsu ꝑfidiore cadas. Attamen p̄lati sublimati in ecclesiastica dignitate tantum honorem affectant: q̄ casum non cōsiderāt subito ruūt: qui sup astra volāt si sublimitas illa. s. angeloruz de celo cecidit: quis cadere nō possit. Sed si i celo ruina: q̄ta magis in terra. De peni. di. ii. ð. Si altissima. Qua ꝓpter anselmus li. de similitudinibus. ca. xxv. Prelatos ambitiosos honoris cōparat prauis venantibus papiliones: qui dum eos sequuntur: in foueas cadunt. Et reuera cadunt q̄n̄q₃ de superlatiuo in cōparatiuū: de cōparatiuo in positiuum. s. in inferiorem dignitatē; ⁊ quali ad

ambiciosi p̄lati ꝯparās

nichilum reducitur sepe: dum a culmine dignitatis auferun tur et finaliter morte preueni untur/ et cinis in cinerē reuertitur. Etiam considerassent q̄ q̄n papa eligitur: stupa coram oculis eius accenditur: & cōbu ritur. eiqȝ dicitur. Sic transit gloria mundi. Idō metrice dicitur. Forma gen⁹ mores sapiē tia vis et honores non retinēt hoīem qui reddat ī cinerē. Ecce casum hunc cōsiderauit illi⁹ nobilis Job dei seruus hūilis dicēs. Eleuasti me. et quasi su per vētū ponēs elisisti me. scio q̄r: morti me trades. Job. ccc. Humilitatē requirit deus ī pre latis nō faustum dicens. Disci te a me: qȝ mitis sum et humi lis corde. Superbis enim resi stit. Humilibus dat suā gratiā Notatur de religi. & reue. san. ca. i. li. vi. glo. penul. Et exerci tia humilitatis sunt subdere se nō magnis & altis officiis & ne gociis curiarū regū et princi pū regimini cōitatum rerū se cularīū: sed causa humilitatis valorib⁹ et ministeriis īdignio ribus se tradere. De peni. di. ii. Si quis. In his honoribus bona xpi prelati exponunt que distribuenda pauperibus ma xie captiuis pauperiorib⁹ sunt quorū sciētia nō ignorat. Qua re vota si redēptioni mutātur in melius cōmutant quod pro bat rectitudo rōnis reddens p̄ latos magis debitores his

Secundo

prelati bona que pauperū sūt et maxime captiuorum: distribunt scutiferis et militibus. De quo redarguit ipsos Ber. Optimi dispensatores qui de maximis minimam/ et de minimis maximam curaȝ gerūt. Ad quid tot hominum seque la/ tot magnatū comitiua. Ecce quot equites ducunt/ quot militias distribuūt diuitibus. Nonne melius esset que pauperum sunt: darent pauperib⁹ et egenis/ et non minus captiuis christianis q̄ scutiferis et militibus locupletibus. Uēte Hiero. Da tantum inquit pau peribus: non locupletibus: nō vanis et superbis. Da q̄ neces sitas. s. pauperum sustentetur non quo augeant opes. Pars sacrilegii est res pauperum nō dare pauperibus: non locuple tibus. Utinam attenderent p̄ lati: q̄ tanta hoim sequela eos non sequitur: sed solum quedā non dignitatem: sed utilitateȝ Nam sequentes prelatos inse quuntur gurgitationes/ ebrie tates/ ventris voluptates/ nū mos & opes. nō aūt dignitates eorum neqȝ personas. Quod attendens Enricus confortu nam dicit. Vultur edax corru⁹ qȝ niger p̄resaqȝ cornix ventris ad ingluuiē semper adesse pa rant. Lactatrix mel musca lu pusqȝ cadauera: sic p̄redā non homines gens parat ista sequi Item Seneca. Multi aliquē comitantur mel musce sequū tur cadauera lupi frumentum formice: p̄dam sequitur tur ba ista: non hominē. Possunt pauperes et captiui dicere: ta lia facietes nō sūt dispēsatores pauperū: sed raptores nō Peu

cui faciēda ē elemosina

ratores:ſʒ diſſipatores: nō ſer
uitores xp̄i/imo antichriſti. Hi
ſimiles viue: qui vēdidit xp̄m
De quo dicit gloſa interli. ſup
illud math. xxii. Tūc abiit vnꝰ
ex duodeci. Non timuit iudas
dn̄m ſuum tradere: vt acquire
ret que daret quos carnaliter
amabat. Et ſi ꝑ qꝫ pauperum
procuratores ſunt: ⁊ comitiuā
ducere volunt: cur illā de pau
peribus et captiuis pauperio=
ribus ducere recuſant. Nōne
dn̄s opū chriſtus ieſus comiti
uā elegit pauperū. Quod eis
fiendū docuit dicēs. Semper
enim pauperes hēbitis vobiſcū
me aūt non ſemper habebitis.
In hoc oſtendit chriſtus: ꝙ ip=
ſum non ſemper perſonaliter
haberent: ſed in perſona ſua ꝑ
lati habere deberent pauperes
Chriſtus ſocietatem pauperū
elegit. inter quos vnus ſolus
fuit de alto et nobili genere re
gali locuplete et diuite. Et hic
fuit bartholomeus.

In hoc duo

de ſocietate euitāda a ꝑlatis

oſtenduntur. Primnm ꝙ pre
lati comitiuam pauperum de=
bent multoplus diligere tene=
re ꝙ̄ diuitum. Scd̄m ꝙ totali
ter non debent excludi poten=
tes et nobiles: maxime ſi ſunt
pauperes: vti erat bartholomꝰ
qn̄ vocatus fuit in apoſtolum.
Ad hoc iura ſonant: ꝙ pauperi
bus qui ditiores fuerūt eſt ele
moſina latius largienda. Nā
qui qn̄qꝫ fuit diues: eccleſia il
li melius debet ꝓuidere. xvi. q.
vii. Quicunqꝫ in. ii. ⁊ in gloſa.
Nec totaliter ſunt conſangui=
nei et parentes de cura ⁊ comi
tiua prelatorū euitandi. cum
chriſtus cōſanguineos i comi=
tiua ſua habuerit maxie ſi ſūt
ſicuti fuerūt iacobus et iacobꝰ
et iohānes pauperes. Qui cuꝫ
bona eccleſie pauperū ſint ⁊ nō
ſolū extraneis ſed ⁊ pauperibꝰ
filiis etiā ⁊ ꝓpinquis ſubnenie
di eſt. nō vt diuites fiant: ſʒ tm̄
ad eoꝝ pauptatē ſupportandā
x. q. ii. Ep̄s. xii. q. ii. Quiſquis
Sed inuici prelatoꝝ nullo or=
dine ſeruato ſcutiferis magna
tibus et militibꝰ atqꝫ parētibꝰ
diſtribuūt eccleſie bona: q̄ pau
peribus ⁊ captiuis ceteris pau
perioribus ſunt largiēda. ergo
votum ſi redemptioni datur:
in melius cōmutatur quod ꝓ=
bat rectitudo rōnis reddens ꝑ
latos magis debitores his.

Tercio bo

na pauperum precipue capti=
uorū q̄ pauperiores ceteris ſūt
et miſerabiliores: prelati expo
nūt mundanis vanitatibus. ſ.
equitaturis maximi valoris.
Chriſtus vo dn̄s eccleſie nūꝙ̄
legit eqtaſſe ꝑ ſe niſi tm̄ ſemel
nō ſup mulā cētū aureis nō ſu
per equū aial ſupbiſſimū. ſʒ ſu
per aſinā aial manſuetū et de
ſpectū. Et vtinā ſufficeret pre=
latis eqtaturas ducere ad ſuf=
ficiētiā: ſed tā altiſſimū equoꝝ
et eqtū apparatū ducūt ꝙ ſecu
lares ꝓuerbiū faciunt dicētes.
Ecce bona crucifixi ad qd ſer=
uiūt ad paſcendū bruta aialia
et de hoc iferiores ⁊ ſubditi exē
plū accipiunt viuendi. Equita
re et nutrire mulas pingues ⁊
latas et alias equitaturas ꝓ=
poſas. Nā quod agit a ꝑlatis: fa

ſſe trahiꝛ a ſubditis ī exēpluz
de voto magne. Etiā iā nc bo
na pauperꝝ ꝯmaxie captiuoꝝ
nō ceſſant expone ī ꝓpoſitis ve
ſtibus ⁊ fulgidis pānis ceticis
maximi valoꝛis/⁊ in multis di
uerſiſqꝫ mutatoꝛiis ihoneſtis
Nō ſic xp̄s vna ſola tunica et
pallio fuit cōtentus. Paupes
Chriſtū repreſentantes peunt
frigoꝛe. quos poſſent adiuua=
re. ⁊ pmittūt tremere: cū poſ=
ſent carnes illoꝝ tegere. Non
imerito de ipſis cōqueruntur
paupes ſcđm Bħin dicētē: Di
cite pōtifices: q̄ vaſa dn̄i eſtis
cur tātoꝝ cominius: cur tot in
dumēta varia: Ad quid plica
ta in manticis deaurata ī fre=
nis. Nō veſtrū: qđ tollitis no=
ſtrū eſt: qđ inaniter exponitis
Nec obſtat: qđ hobetur diſ. xl:
in prin. Opoꝛtet ep̄m eſſe oꝛ=
natū. qꝛ ibi loquiꝛ de oꝛnamē
to virtutū. Veſtis eñ humilis
⁊ honeſta laudaꝛ. ſuperba ⁊ pō
poſa repꝛobaꝛ. xl. d. c. Per ſy
moniam.

Ep̄m debet eē oꝛnatum

Pariter ſi
ne fructu inſiſtūt in edificādo
palatia alta ⁊ latiſſima. came=
ras magnificas. quoꝛuz tecta
auro argēto diuerſiſqꝫ coloꝛi=
bus aſſiſtunt depicta / ⁊ īſigni
ta armis ſuoꝝ parentū. vnde
trahūt oꝛiginē. Ad hāc vanita
tē largiſſimi ad pauperes ſtri=
cti/⁊ ad captiuos redimenduz
auari. O bone ieſu tu ſūm⁹ pō
tifex in tua natiuitate artum
habuiſti declinatoꝛiā. ſ. ſtabu=
lum Gregoꝛius: Vagit infās
inter arta conditus preſepia.
Habuiſti non pꝛopꝛium hoſpi
cium in vita. ſed alienum ſcꝫ.
Marthe ⁊ ſimiliuꝫ. In moꝛte
artiſſimū. ſ. crucem in qua ca=
put tuum pꝛecioſiſſimū locuꝫ
quieſcendi non inuenit. Iſaie
i. Vulpes foueas habent: vo=
lucres celi nidos. filius autēꝫ
hois. i. dei adee vel virgis non
hꝫ: vbi caput ſuū declinet. Epi
ſcopi circa edificandas domoſ
vel alia ſuper flua oꝛnamenta
⁊ placida. nō modicū peccant.
xii. q. ii. Gloꝛia.

Peccant
⁊ in vanitate cōuiuioꝝ inuitā
do ſepiſſime altos et claros vi
ros pꝛincipes nobiles magna
tes: ⁊ barones: eis pꝛecioſa et
pꝛecioſo modo pꝛeparata ci=
baria miniſtrando. Iſtoꝝ con
uiuioꝛū expēſas pauperes ſol
uunt: ⁊ nō comedūt. Et ſi ſo=
lū de fragmentis et vtinaꝫ ad
ſaturitatē iſtis miſeris ⁊ pau=
peribus et captiuis tenentur
epiſcopi pꝛouidere/⁊ infirmis
qui laboꝛare nō poſſūt. lxxxii.
diſtin. c. i.

¶ Perduntur bona pauperū
⁊ captiuoꝛum in vanis odoꝛi=
bus ⁊ vnguētis pꝛecioſiſſimis
Incedunt nāqꝫ in veſtimētis
redunditis. Hoc etenim eſt in
honeſtum eccleſie pꝛelatis. nā
vti non debent iſtis: que laſci=
uie ſunt incitamenta. Signū
enim oſtendit ſignatum. Qui
enim vtuntur vnguentis et ſi
milibus odoꝛiferis inhoneſtis
in veſtibus peccant. xxi. q. iiii.
Omnis ⁊. c. Nullus ⁊. c. vlti.

¶ Non ſolum in his ſꝫ ī mul=
tis aliis vanitatibus bōa pau
perum et captiuoꝛū diſtribuū

tur a prelatis. In tantum q̄ quando de palatio exeunt: nō prelati nec custodes sponse sci licet ecclesie: sed sponsi iudicā tur. cum tamen nō sit nisi vnus solus verus ecclesie sponsus Christus iesus. Quod attendens Beernardus de ipsis sic incedentibus alloquitur. Intuere: quomodo incedunt nitidi et ornati circumamicti varietatibus tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam talium repente minus procedentem aspexeris: sponsum potius putabis q̄ sponse custodem.

In alius

q̄ plurimis vanitatis operibus nonnulli de modernis nostris prelatis delectantur. Contra quos loquitur Bernardus sermone. xxxvi. super cātica. Ministri Christi sunt: et seruiūt antichristo. Honorati incedūt de bonis domini. domino honorem non deferunt in his q̄ quotidie vides meretricius nitor historius habitus regis apparatus aurum in frenis et sellis in calcaribus. et plus calcaria quam altaria fulgent. Inde mense splendide ciphis et cibis. Inde comessationes ebrietates. Inde cythara lyra et tympana. Inde abundantia torcularia et promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde. Pro his volunt esse et sunt ecclesiarum prepositi decani archidiaconi et episcopi

horum cuilibet loquitur Augustinus: Erubesce gloriari in vestibus refocillari in delectationibus appetere sublimari in honoribus. cum deus propter te factus est humilis et despectus Erubesce prelate diuitias accumulare: cum deus tuus pro te venerit mendicare. O quātum deberent prelati precauere ab his: cum sint tanquam signum ad sagittam. De accusatio. Qualiter et quomodo et suos proprios defectus corrigere. ne causam subditis prebeant delinquendi. Ideo dicitur eis. Non pudeat errores vestros corrigere: qui positi estis: vt aliorum corrigatis errores. De accusatōnibus: qualiter et quomodo. Et bona que in vanis operibus et negocijs distribuūt: erogēt pauperibus: quorum sunt. et prematime captiuis. ¶ Quod si non faciunt: deo odibiles erūt Nam qui offerunt sacrificium ex substantia pauperum: non placent deo. decimaquarta q̄stione quinta. Immolās. Nā talia bona pauperibus et pauperioribus captiuis et non vanitatibus distribuenda sunt.

Nota optimā exhortationem

Vota ergo si redemptioni dantur: in melius commutantur. Quod probat rectitudo rationis. reddens prelatos magis debito-

tes his.

Que erga captiuos et paupes xpi a ꝑlatis exerceri debent.

Visis pre

missis de quibus redarguendi sunt prelati: sequũtur tria exercenda circa pauperes captiuos. de quibus erunt prelati non modicum digni honore. Debent nanqȝ portas patentes tenere ad pauperes colligendum. Obuiam eis exire ad eos honorandum. Palmas suas extendere ad ipsos adiuuandum.

Primo de

entie. Legitur in gestis romanorum: ꝙ quidem nobilis romanus valde diues quendem filium adeptauit. quem filium heredem instituit sub tali pacto: ꝙ ipse haberet prouidere pauperibus: et eis tenere hospitalitatem. Et vt hoc attentius faceret: tales versus in superliminari domus eius scribi fecit. Porta patẽs esto. Nulli claudaris honesto. Sed mortuo diuite heres ei⁹ sententiam versus mutauit ⁊ isto modo punctuari voluit. Porta patẽs esto nulli. Claudaris honesto. Et sic pauperes a se abiecit. ¶ Iste diues amator pauperum est Christus ditissimus: quia deus. Quilibet prelatus est heres eius ⁊ dominus vult: ꝙ heres suus teneat portam dom⁹ sue patentem pauperibus. et hospitalitatem. Et quidam ieiu nent. et aliqui istorum mutãt sententiam versus sic: Porta patens esto nulli. Claudaris honesto. Et hoc fit: quia diues mortuus est in cordibus eorum. Non fuit de his ille deuotus episcopus nomine. Otho. qui despectiores pauperes introducebat in hospicio suo: et ante se in mensam ponebat a latere. Requisitus quare hoc tolerare poterat: respondit: ꝙ quidem vir nobilis eum docuerat scilicet Iob. dicens. Uisitans speciem tuã non peccabis. Ad hoc mouet prelatos Augustinus inquiens: Prebe eis tectum: et accipe celum. Sed isti heredes domini clausas tenent portas pauperibus eis denegãdo hospitalitatem. vt sibiipsis thesaurizent. Quorum cuilibȝ inquit versificator: Cur tu qui cinis es: per auaritiam sepelis eris es. Cur heres es eris. qui non eris heres quando sepultus eris. Quicunqȝ sepultor es eris Dici sepe putes: tu qui sub marmore putres. Nã hodie quod heri neu⁹ heres impetat ei.

O domini

prelati heredes Christi bona ecclesie date pauperibu et captiuis pauperioribus: et hospitalitatem eis tenete. hoc de pecul. cl'i. Ut vnusquisqȝ. De testan. c. Cum in offi. Et eo titulo. c. i. lib. vi. Ergo votuȝ si redemptioni datur: in melius

cōmutatur. quod probat recti tudo rationis reddens ꝑlatos magis debitores his.

Honor pau peribꝰ a ꝑ= latis exhibē dus est

Secūdo debent prelati obuiam paupe ribus exire ad ipsos honoran dum. Parati sunt ipsi exire ad occursum magnorꝫ: vt pro honore exhibeatur eis honor. Sed si eorū aspectibus paupe res representantur: viliter ex pelluntur: et ipsos videre de= dignātur. Imo quandoqꝫ ro= strū pauperū foribus percutit violenter. O maxima ingrati tudo nō honorare Christū. nō ne dixit Christus Luc. x. Qui vos spernit: me spernit. Pro= pter paupertatē pauperes cō= tēnendo contēnunt Christum pauperē. Dicit Iuuenalis li. i. Nil habet infelix paupertas durius in se: q̄ ꝙ ridiculos ho mines facit. Istorū cōtrariuꝫ fecit Abrahā. de quo legit ge. xviii. ꝙ cuꝫ vidisset tres viros occurrit in occursum eoruꝫ de hostio tabernaculi sui. tres vi= dit. et vnū adorauit. Sic pre= lati occurrere debent pauperi bus: in quibus representātur tres viri. i. tres persone in di= uinis. vnū tamen deū debent honorare et adorare. Quādo pauperes honorant. deus ho noratur. Magna igitur vene ratione debent pauperes vene rari. Ideo Cato: Pauꝑ ama= bilis ⁊ venerabilis ⁊ benedictꝰ Et vere benedictus. q̄ maxie si humilis est corde. Quare di cit Iauentosus lib. i. Felices humiles quos pauper spiritus amat Illos nāqꝫ celi regnum sublime receptat. Et Grego. Pauperes non sunt despicien di vt egeni. sed exortādi vt pa troni. Honor qui pauperibus exhibetur: deo specialiter exhi betur.

Nota pul= cram histo= riam

Vnde est historia: que recitatur in con= questis duodecim parum frā= cie de illo strenuo et fortissimo milite Carolo magno. qui cū militasset cū quodā alio mili= te pagano Marcilio reze qua si sibi coequale in fortitudine ⁊ bellis repetitis dictus caro= luꝫ animū militis pagani in= duxisset ad susceptionē baptis matis: ⁊ cū vellet ille primo in formari de modo et forma vi= uendi christianorū / et treuga concessa fuissent inter ipsos: ⁊ acies christianorū miro mō vi disset ordiatas ⁊ de his ⁊ aliis oibus mirabiliter esset īformatus: sumpto eīn prandio i quo fuerat per Carolum inuitatꝰ vidisset maximā multitudinē hominum Christi pauperū co medentem de fragmētis: que superauerant / et in nuda ter= ra sine mapis: quesiuit a Ca= rolo: qui sunt isti? Cui Caro= luꝫ: isti sunt pauperes Christi seruitores At ille ait: Et ser= uitores dei tui pro quo tot bel la comittis: ita viliter vos chri stiani tractatis: et eis ita inho neste cibaria ministratis: qui deum vestrum representant. Dico tibi ꝙ de omnibus q̄ vi= deram: fueram optime infor= matuꝫ: sed istud quod video de seruitoribus dei tui ita ma le procuratis: reuocant meuꝫ

animū a bono conuertendi ꝓposito: quod habuerā: ⁊ despicio fidem tuā: et amplius bellis volo pugnare contra te: et defendere legem meā.

Vos ergo dñi epi et ꝑlati vices christi gerentes in terris pauperes non despiciatis: q2 ipsos tenemini honorare: ⁊ christi amore seruire eis. Quia secundum B. im nomen episcopi non sonat dominium: sed seruitium. Si ei pauperes prelati honorāt deū honorant: quem representant. Cum nonnulli prelatorū ab oibus honores exigunt: et eis honores satis non sufficiunt. De quibus dñs Petrus de vineis merito sic loquitur Non splendet humilitas collis prelatorū sed superbe satagunt: non solū minorum sibi flecti genua: sed superiorum: cū deus humiliet colla superborum. Nōne christus dñs summus pōtifex ies' seruire voluit: dum pedes discipulorū lauit. Impendere honorem pauperib' et multomagis captiuis pauperioribus nō vos detineat: quia i dignitate estis maiores. quia dicit xp̄s. Qui maior vestrū est fiat sicut iunior ⁊ qui precessor est: sicut ministrator. Nam subdere se minori humilitatis est vt notat Hug. de con. dist. iiii. ca. Per aquam. Et nota glo. de religio. do. c. i. in clemētinis glosa vltima. ergo votum si redēptioni datur in melius cōmutatur: quod ꝓbat rectitudo rationis reddēs prelatos magis debitores his.

nomē epi sonat

Tertio tenenꝫ ꝑlati palmas suas extēdere ad ipsos adiuuādū: sed isti pauperibus et captiuis nō largiūtur bona: q̄ pauperū sunt: sed cōtrariū faciūt. Plus eni dāt vno die vni solo diuiti q̄ centū pauperib' in vno anno. Dant eni diuitibus vnā mullā/vnū equū maximi valoris/dāt mille au. cos vno nobili vel propinquo: sed dei pauperi et captiuo vnū denariū. Quod ꝯsiderās marcialis coqu'ait. Dāt opes nullis nunc nisi diuitibus. Et si dāt pauperibus: illud modicū dāt cum tristicia et dilatione magna. Deberent dare alacriter et cito ilariter facie serena/ nō fronte rugata: q2 ilarem datorē diligit deus. xxiii. q. vi. parrafo Ex his. Notatur de donaca. i. debent dare et cito preter missa mora. De hoc Enricus. et sunt verba ꝓphete ad Enricū. Nec te pigricie cōsors dilatio tardet ad bona. Nā cupiēs oia tarda putat. Nā mora denigrat donū: meritumq3 minorat. Sed cito grandificat munera qua manus. De his duobus sic Mathe' nicobia. Da et todo gratis gratuz: ne gratia fiat venalis. Prodigus mēsurā excedit: largus honori seruit. Dicit Hieronymus epistola. cxviii. q apostoli glorantur q oia dimiserunt: et secuti sūt saluatorem. Sed prelati et ecclesiastici contrarium faciunt Christum sequuntur: vt munus accipiant: vt liberius sua desideria ipleaant. Vbi nūc di

Pauperes decet adiuuare.

uitia nisi in prelatis ecclesie: i quibus regnat auaricia. Hoc considerans Dñs super can. cmcl.lxxv. inquit. Pauci sunt qui non querunt que sua sunt ex omnibus caris eius. s. ecclesie prelatis. Nam diligũt munera. nec possunt pariter diligere christum: quia manus dederunt mãmone. Isti non ostẽdunt ornare sponsam. s. christi ecclesiam: sed spoliare non custodire/ sed perdere nõ instruere/sed mactare et deuorare: dicente dño. Qui deuorant plebam meam. scz pauperez sicut escam panis. Ideo isti vel de istis multi in morte nihil inueniũt in manibus suis. Vñ glosa sup illud ps. Dormierũt somnum suum dicit: nihil inuenerunt in manibus suis: quia nichil posuerunt in manibus xpi

manus xpi sunt

Man⁹ christi eni sunt manus pauperũ et captiorũ miserorũ in quibus nichil prelati ponũt q₂ quod modicum est: quasi p nihilo reputatur. Cõsideratis eni donis magis per prelatos elargitis diuitibus ꝛ magnatibus quod pauperibus elargit̃ nil vero reputatur. Si volunt in manibus suis aliquid inuenire/dent pauperibus ad eorũ vite sustentationẽ / et captiuis ad eorum redemptionẽ. Quia vt ait marcialis coqu⁹. Quas dederis solas. s. istis semper habebis opes. Euitent ergo prelati auariciam: quia mater est omnium malorum. De elec. c. Auaricie. li. vi. c. Bonorũ. xlvii di. Et cura. Pauperes maxime captiuos oportet fore eos liberales eẽ. Apl's ad Thi. iii. Oportet episcopũ non esse auarum. Vota ergo que redemptioni dantur: in melius cõmutãtur: quod probat rectitudo rationis reddẽs prelatos magis debitores his. s. captiuis.

Postquã

Rectitudo rõnis quasi ecclesiastici in captiuorũ subventiõe/ dñt habere

visum est superius de prelatis: nunc aliqua dicenda sunt de aliis ecclesiasticis tã secularibus q̃ regularib⁹ seu religiosis beneficiatis in ecclesia dei. Quorum bona propter victum ppriũ et vestimentum pauperib⁹ et maxime captiuis distribuenda sunt. De testa. c. Quia. Est tamen aduertendũ q isti tales habent bona ppria vel ne. si habent bona ppria: de quibus viuere possint: tunc de rebus ecclesie pasci non debẽt. Si vero non habent ppria bona: et de redditibus ecclesie possunt sustentari: bona ppria debent pauperibus erogare. i. q. Sed horum nõnulli habẽt bona ppria et ecclesie/ et illa sibi ipsis et suis desideriis conseruant. Quod considerãs Bñs inquit suspecta est michi ista charitas: qui alter diligit primum/alter seipm. Porcionem de bonis ecclesie itegre accipit videlicet victum et vestitũ suũ pauperes vero esurientes ꝛ nudos dimittit. Unde sunt deteriores latrõibus Teste Hiero. Accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis vel cautum est vel timendum: vel quod apertissimi sceleris ẽ aliquid exinde subtrahere omnium predonum crudelitatem superat. Isti detentores bonorum pauperum non sunt serui

tores dei: sed mammone: quia si ecclesie seruiunt non ꝓ deo: sed ꝓ nūmo. Auaricia eni secū dum apostolum est idolorū ser uitus. Dicit glosa super primo verbo Mathei. xxi. Mēsas nu mumulariorum altaria dei sic vocat mēsas nūmulariorū ꝓ pter auariciam sacerdotum: q3 altare in mensam nūmularii conuertit qui in eo potius cele brat nūmo q̄ deo. Nam q̄ hoc facit / et ad horas vadit princi paliter ꝓ denario: qui ibi dat: peccat mortaliter. Notatur de cleri. no. resi. c. i. li. vi.

Sed quid

de monachis et religiosis? isti ꝓprietarii facti sunt / et deo ꝓ nūmo seruiunt / secularibus et clericis ceteris deteriores pro maiori parte inueniuntur. Re ligiosi sunt inuerecundi / impa tientes / murmuratores / cōspi ratores / et indeuotiores / et cu pidiores honoris / elati / supbi / bonorum pauperum mali dis pensatores. Unde augustin⁹. Expertus sum: q non sunt me liores: q̄ qui in monasteriis ꝓ fecerunt ita non sunt peiores exprimur: q̄ qui i monasteriis defecerunt. di. xlvii. c.. Quan tum libet.

his premis

sis aliqua circa ea q̄ solēt tēpo rib⁹ hodiernis prelati versari que potius exterminanda et si lencio per transeunda sunt q̄ pias aures offendendo in lu cem ꝓpalāda. Sed vt omniū istorum imunes alios instruāt et instructi seipsos edificēt tria per ordinem agam. Primo cō tra lusores et circa damna ex ludo prouenientia aliqua in se ram. Secundo gule vitium at q3 dampna ostendam. Ultimo circa honestatem et ornamen torum compositionem et eorū superfluitatē aliqua vtilia per tractabo.

Quantum

ad horum primum vn̄ suppo no. s. q viri ecclesiastici tanq̄ lu cem boni operis secularib⁹ de bent se prebere q patet per il lud math. v. Sic luceat lux ve stra coram hominibus: vt glo rificent patre vestrum qui i ce lis est. xxiii. q. iiii. c. vltimo. De bet. de accusa. Qualit̄ lux isto rum extincta est? Dicit Sene ca: q lumē inutile creditur: qd̄ alioꝝ aspectib⁹ non presentat Horum cuilibet q̄ maxime di rigitur illud ecclesiastici. iiii. Oculos tuos ne auertas apau pere: et iterum ab inope non auertas oculos. Oculus enim qui est in lumine non videt eū qui est in tenebris: sic ecclesia sticus diues aut religiosus exi stens in luce ꝓsperitatis non vi det pauperem: qui est in caligi ne aduersitatis: et precipue lu dendo. In his et aliis quibus dam non benefactis clerici et re ligiosi deteriores sunt laicis. Notatur de pe. di. i. Quis ali quomodo. ergo tales pecunie pauperibus et captiuis veniūt distribuende et nō ꝓpter simi les ludos. s. taxillorum et ale arum bona q̄ ꝓ elemosina ven tura sunt veniunt pretermittē

da. Uñ Math. in thebia. Elemosina sordes abluit / actori dulce perorat / opus vitam perpetuã venturum presentat honorem. Sed de taxillis vel eorum lucro quid pvenit nobis nisi peccatum et consequenter mors. Quia peccatũ dum consummatũ fuerit generat mortem. ¶ Quod sit peccatum dicit Ray. Quicunq3 ludũt alea siue taxillis / et qui sunt participes et ludi ispectores peccãt ff. e. c. per totum. c. e. in constitutione greca. Et maxie si sũt clerici. auk. de sanctissimis episcopis. parrafo. Interdicimus Extra de vita et ho. cleri. Clerici. Et est principaliter et per se peccatum auaricie siue rapine et causa multorum peccatorum: vt mendatiorum periuriorum blassemiarum deceptionum &c. Et in summa de casibus lib. i. dicitur: q ludentes ad aleas et taxillos peccant et committentes quoniã alia mẽdaciorum et periuriorum mater est. vt dicit policratus li. ii. Et crisosto. super math. dicit q deus nõ dat ludere: sed iabolus tñ per hoc ludi honesti dum nõ fiant ex auaricia: sed causa solacii nõ reprobantur. xxxv. di. c. Episcopus. ff. C. l. vltima. ergo si quis causa lucri ludit captiuum cruore Christi rosco redemptũ deberet redimere exẽplo christi qui vos redemit Tale est vtile et miserabile cõmercium & lucrum. talis ludus est deo gratus et acceptus et salutis aiabus vestris. Ad admonet vos apostolus. i. ad cor. vi. dicens. Empti eniz estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore vestro. Ille deum glorificat et in corpore suo portat: qui redemit captiuum: et exemplo christi de captiuitate liberat.

Nonnulli ecclesiasticorum et religiosorum in arte taxillorum gloriantur / et bona pauperum in ludis cõsumuntur in dãnationem animarũ. Dicit Seneca in prouer. Aleator q̃to in arte docior: tãto est nequior. Ludus talis multum est maxime ecclesiasticis culpabilis. Refert augustinus. lib. iiii. de ciuitate dei. c. xvi. q cuidem nobili romano in somno dictum fuit: vt ludi phiberentur. Unde dubium non est quin domini eccesiastici ad restitutionem tenentur de lucro acquisito: licet luderetis voluntarie cum voluntario secundũ Bñm. vt notatur extra de vita & honesta. cle. Clerici officia. Uel secundum plasentium tenemini lucra talia pauperibus erogare ar.. xiiii. q. v. Non sane.

Sed quid de latio ludente cum ecclesiastico. Reuera laicus talis si lucratur: tenetur ad restitutionẽ Quare? quia ecclesiasticorum et ecclesie bona sunt non ipsorum sed pauperum christi & captiuorum: que bona alienari non possunt: sic q clerici talia bona nõ possunt ludere / nec laicus retinere. Unde tho. scda secũde. q. xxxii. dicit: qd si aliqs lucratur ab his: qui rem suam

alienare nō pt̄ illicitum est et contra ius diuinum.

Ex premis

sis infero: que sequuntur. Pri mo: ꝙ si laicus ludēs lucrat̄ ab ecclīastico: tenet ⁊ talis restitu ere lucrū ecclīastico rō q: talia bona de administratore bonoꝝ ecclesie ludo acquisita nō sunt administratoris: sed pauperū christi. Secūdo: ꝙ si ecclesiasti= cus ludendo lucretur a secula ri seu laico: tenetur illi redde= re. Tertio si ecclesiastic⁹ ab ec= clesiastico lucratur ludēdo: ta le lucrū pauperibus marie ca= ptiuis pauperioribus tenetur erogare. Ratio: q: vtrūq: hoꝝ bona siue ꝓpria siue ecclesiasti ca nō ipoꝝ sed christi pauperū sunt. ⁊ iō reddenda illis: quoꝝ sunt. Ista mihi vhr. quidquid tamen sit iuris sententie relin quo et: sic concludo ꝙ ludi sunt euitandi. q: de ludis nō inter ueniūt nisi plura damna tam spiritualia ꝙ corporalia. Un de vsus. Sūt comites ludi mē dacia iurgia mūdi pua fides furta manet substantia curta. Uiuit inops moritur miserq:/ ieiunus qui deis seq̄t femineumq: thorū. Et dānan tur qui ex ludis bona acquirere cupiunt. Nam dicit ꝙ non possunt appellari ludii: ex quibus tanta crimina oriun tur. ff. ad le. aqui. l. Nā ludus Et notatur per Jo. an. ⁊ archi. extra de vi. ⁊ hone. cle. Clerici vero aleatores et vsurarii dep ponendi sunt. Debent. s. prela. Inter dilectos Debent igitur ecclesiastici abnficiati: quod lu lis exponūt: pauperibus elar giri: maxime captiuis: quod ꝓ bat rectitudo rationis: reddēs ecclesiasticos magis deditores his.

Q Vātum

ad secūdam notā= dum est ꝙ licet ecclesiastici sint regni eterni primogeniti respe ctu seculariū: tamē multi pri mogenituram perdunt more Esau: qui pro edulio lētis pri= mo genituram vendidit in. c. ii xli. di. in parrafo. Itē opponit xxii. q. ii. Sed nunc et omni tē pore magis ecclesiasticis et re ligiosis ꝙ secularibus non suf ficiunt diuersa cibaria precio= sa variis modis preparata: in tantum ꝙ bona pauperum gu le ministrant. Quibus Emo= dius iquit. Predices grus tur dus turtur echinus non explēt vterum corpora mille tuum.

